

IXia, quæ ulophonon appellatur, inter potandum aliquid ocimo simile gustu & odore redoler: vehementem linguæ inflammationem excitat: mentem mover: omnes excrementorum exitus suppressit: strepitum cum animi deliquio ciet: iisque intestina latrant, nec egeritur quicquam. Post vomitionem alvumq; resolutam auxilium præstat aqua in qua, absinthium maduerit, ex vino largiore, aut aceto mulso pota: rutæque sylvestris semen, aut laseris radix: item tragorigani decoctum, cum aliquo supra dictorum, aut lacte, aut resina terebinthina, aut nardo, aut castorio, aut laserpitio, quorum singuli oboli conveniunt: quin & nuces juglandes ex vino, cum resina, castorio, & ruta tritæ, ita ut singula drachmæ pondus æquent. Itidem chamelææ, aut thapsiæ, aut absinthii succi ficilicus cum aqua mulsa, & acetum 10 calidum potum.

Ixiæ venenica natura.

Et si Ixiæ nomenclatio utriq; chamaleoni sit communis, quod ambo gummi visco simile proferant, Ixiæ tamen dubio procul nil aliud designat hoc loco quàm nigrum Chamaleonem. Siquidem id apertissime declarant plantarum variæ appellationes, quæ Dioscoridi adscribuntur, ubi sic legitur. Chamaleo niger, quem quidam ulophonum, alii Ixiæ, nonnulli Cynoxylon vocant. Quæ verba adeo rem claram faciunt, ut ab hac sententia discere nequeam. At si sycophanta quispiam adeo fuerit impudens, ut nomenclationes illas tanquam Dioscoridi adulterinas rejiciat, addam non ob id esse fabulosas. Quod si adhuc recalcitrabit, Plinium illi in oculos objiciam. Quippe qui libro 22. cap. 18. ita de nigro Chamaleone scriptum reliquit. Ex nigris Chamaleonibus aliqui marem dixerunt, cuius flos purpureus esset, & femina cui violaceus. Uno nascuntur caule, cubitali, crassitudine digitali. Radicibus eorum licbenes curantur, cum sulphure, & bitumine unâ decoctis, commanducatis verò dentes mobiles, aut cum aceto decoctis. Succo scabiem etiam quadrupedum sanant, & ricinos canum necant: Juvenas quoq; angina modo: Quare quibusdam Ulophonum vocatur, & Cynoxylon propter odoris gravitatem. Ferunt & hac viscum ulceribus utilissimum. Omnium autem generum eorum radices scorpionibus adversantur: hæc ille. His itaq; me satius comprobasse arbitror Ixiæ chamaleonem esse nigrum. Quare apertissime hallucinatur impudentissimus ille, qui Ixiæ contendit plantam esse ab utroq; chamaleone differentem, nempe eam ipsam, quam Theophrastus libro sexto, cap. 4. de plantarum historia ixiæ appellat. Deprehenditur error & impostura non ex his modo quæ diximus, sed etiam ex ipsius Theophrasti historia. Siquidem ixiæ nihil aliud Theophrasto designat, quàm album chamaleonem. Namq; hæc notis omnibus illum omnino refert. Itæ enim de ea scribit Theophrastus: ixiæ haud multis in locis provenire potest. Est ab radice soligera, quæ de media seminali acanis veluti malum extuberat, foliis nimirum occultatus. Hic lacrymam jucundi saporis parte proferit postrema, quam spinalem mastichem vocant: Hæc ille. Quæ si quis rectè perpendit, & inter ixiæ, & album chamaleonem nullam esse notarum differentiam non agnoverit, is merito stupidus appellari poterit, & præsertim tunc ixiæ nusquam dixerit Theophrastus esse venenosam, & Ulophonum appellari, nec ejus usquam extet mentio apud Dioscoridem, Galenum & Plinium. Impositura hæc sunt, & sophismata, quibus studiosa juvenis sæpe decipi solet. Ixiæ itaq; (ut Nicander, quem Dioscorides est secutus, in alexipharmacis inquit) gustata ocymo similem saporem præbet: hausta extremum linguæ tractum exasperat, interiora adurens, quinetiam corde suo turbatur ad insaniam usque qui sumpserit, ac linguam penitus dentibus lacerat. Porro mente attonitus redditur, alvumq; temere ambos utriusq; meatus & liquidorum, & esculentorum obdurans, quæ & intrinsecus spiritum suffocans, submurmurat, ac modico tractu volutatur. Qui item hoc malo angitur, agrè magnaq; difficultate respirat, adeoq; venenata illa Ixiæ potio protinus excrementa ejicit ovorum similitudine: hæc ille Nicander. Ceterum Mauritanii Ixiæ aldabac vocant, quod propriè viscum significat. Ideoq; etsi scripserim ego antea Ixiæ viscum esse Chamaleonis, non ob id mihi vitio verendum est, & præsertim, cum non minus venenosum esse sciam hujusce plantæ gummi, quàm sit ipsa radix. Cujus nimirum incommodis imprimis succurrunt, Avicenna teste, excutata vomitiones, & infusi clysteres, qui iis maximopere auxiliantur, sed mitiores lenioresq; esse oportet. Præstant deinde auxilium Theriaca, & Mitridatis antidotus, ex absinthii Romani aut santonicis decocto pota. Prosunt i: v. epithemata, quæ cordis imbecillitati dicuntur: quin & utriusq; buglosi flores saccharo asservati, additis margaritis, corallis, preciosorum lapidum fragmentis, moscho, ambaro, & aliis quæ cordi operantur. Convenit insuper rosaceum aceto admixtum, & sincipiti ubi futura interfecat, lintei illitum. Quæ sanè remedia non modo remorantur, franguntq; veneni vim, sed omnibus etiam incommodis ab eo excitatis mirificè subveniunt. Veram etsi ego in radice albi chamaleonis, qui in Italia provenit, nullam hæcenus Ixiæ reperi: attamen superiori anno à Jacobo Antonio Cortuso viro sanè insigni, & plantarum indagatore maximo, & à Francisco Calzolari Veronensi rei herbariæ admodum studioso, plures Chamaleonis plantæ integræ ad me Pragæ missæ sunt, quæ gummi illo visci modo lento refertæ sunt. Antea verò quidam Cretensis rei herbariæ studiosus mihi pro certo affirmavit, e Carlinæ vulgò vocatæ radice in Creta Ixiæ ab iis colligi, qui sagittas conficiunt, ut pennas sagittis conglutinent. Nec modò eam reperiri mihi retulit in eo Carlinæ genere caule viduo, sed etiam quandoq; in altero. Ceterum hic referre non præteribo quæ de Chamaleonis nigri veneno, & ejus remediis memoria prodiderunt Paulus & Aëtius: ita enim scribunt. A Chamaleonis nigri potum morbus ventris, & linguæ tumor, cum rugitibus intestinorum sequitur: facies distorquetur, & vomitus spumofus, tremores, convulsiones & totius corporis convulsiones, ac vocis interceptio concomitantur. Ceterum curantur ex his, quæ ad fungos sunt relata. Datur eis & Thlaspios, & beta succus, & triticea ptisana cremor ex passio, absinthii dilutum & nitrum cum aceto mulso. Ubi verò evomuerint, lac recens multum sæpe exhibeto, & alvum cum lubricis infusis eluito, velut est sani graci & altheæ decoctum. Præcordiis etiam fomenta, ac calfactoria adhibeto.

Ixiæ veneni curatio.

Chamaleonis nigri veneni & remedia.

CERUSSA.

CERUSSA.

CAP. XXII.

60

Cerussa suo colore proditur: sumpta enim, mox palatum, gingivæ, lingua & commissuræ dentium, candore quodam inficiuntur: singultus, tussim, ac linguæ ariditatem excitat, iis extrema frigescunt, mens labat, membra torpescunt. Quibus dare convenit aquam mulsam, aut ficuum, aut malvæ decoctum, aut lac calidum, aut sesamam ex vino tritam, vel lixivium ex sarmentis factum, amaracini oleum, aut irinum, perficorum ossa cum hordei decocto: columbina ova cum thure, aut hordei decocto, aut prunis: aut gummi, quod ulmus ploravit: aut humor, quem ulmea folia reddiderunt, cum tepida aqua: sed tum quoq; vomant. Convenit etiam thapsiæ succus, aut scammoniæ cum aqua mulsa potus.

Cerussa

Cerussa facienda rationem tradidimus superiore libro. Hac tamen ad ulcerum medicamenta, quæ exterius illinuntur, salubre plerumque sit medicamentum, si tamen sumatur intus in corpore, interficit, quemadmodum cetera deleteria pharmaca, de quibus jam plura vetulimus. Epota cerussa incommoda pluribus notis quam fecerit Dioscorides, eleganter, carminibus reddidit in alexipharmacis Nicander, quorum carminum hæc erit paraphrasis. Cerussa per omnia spumanti adhuc lacti, cum verno tempore, pingue & recens in multam emulsum fuerit, colore similis est. Porro cerussa spuma super gingivas adstringente viscedit, quæ spumosi medicamenti frigore arescunt, & contrahuntur in rugas. Lingua, & fauces asperitate languent. Vexantur ob id qui hauserint, arida tussis, oculi, nutantes gravitate, dum crebris ructibus egerunt, non sine labefactione sui oppletur. Hinc fit, ut capite non parum turbentur: quinetiam animo suo nauseabundi prae tristis labore gemunt. At sapissime in ipsa luce vanum phantasma, quod re ipsa nullum sit, cernunt: alias somnolenti toto corpore frigent, neque ut antea membra, potissimum manus, & pedes, suum officium faciunt, adeo ut ne eis succurratur, eo tandem dolore laceant, succumbant pereantque: hæc tamen Nicander. Ceterum Avicenna testimonio, cerussam haurientibus alia adveniunt incommoda, nempe animi deliquium, faucium asperitas, ventriculi, & alvi compunctiones, præcordiorum tensio, anhelitus difficultas, profusio spirituum, & albedo totius corporis: quin & urina modo nigra, modo cruenta redditur. His auxilium præstant (ut ipse, & Aëtius tradidere) scammonium ex mulsâ potum, aliaque medicamenta, quæ suapte natura urinam valenter pellunt. Post hæc clysteribus uti conveniet, ac subinde providere, ne dormiant affecti, sed vigilantes sæpius evomant potu prius hydromelite fusino, & narcissino oleo admixto. Præferunt quidam vomitiones ab atriplicis, & rapi semine concitatas: item clysteres ex brassicâ decocto cum oleo, absque sale: insuper Theriacam ex vino, & Mithridaticum antidotum, & album meracum vinum largius potum.

Cerussa
lethalis
natura.

Cerussa
maius
auxilium.

20

Meningitis.

FUNGI.

CAP. XXIII.

Fungorum alii genere, alii copia lædunt: omnes tamen strangulatus suspendio similes concitant, quibus confestim succurrendum: communiter ex oleo vomere cogendi, mirifice juvat lixivium ex fermentis aut pyrastri furculis, epota cum sale, posca & nitro. Fructus, aut folia pyrastri cum fungis decocta, strangulantem illam vim auferunt, esitataque eisdem auxiliantur. Adversus fungos gallinacea ova cum posca proficiunt, adjecta aristolochiæ drachma: item absinthium cum vino melleque sumptum, & ex aqua potum: apiastrum ex nitro: panacis radix, & semen in vino: sæx vini cremata, cum aqua atramentum a futorium ex aceto: radix, vel sinapis, aut nasturtium esu profunt.

4 Cat.
χάλασεν
τὴν βίαν
αὐτοῦ.

30

Non modo nocent in universum Fungi, quod in eorum genere aliqui habeantur lethales, & suapte natura venenosi, sed etiam quod ex his, qui perniciosi non sunt, plus quam ventriculi robur ferre possit, quandoque ingeratur, ita ut tunc non malefica vi, sed copia lædant. Quippe cum natura humidi admodum, & frigidi sint, & lentore non modico scateant, superato sua quantitate corporis calore suffocant, strangulant, & denique, interimunt, nisi citius remediis succurratur. Cognoscuntur qui mortiferi sunt (ut superius lib. 4. tradidimus) si strangantur, quod illico varios mutant colores, statimque computrescant. Proinde dicebat Avicenna, in fungorum genere eos esse lethales, qui virides & cæsi deprehenduntur. Sed certò magnopere admirari licet, quod tanta in hominibus invaluerit gula libido, ut et si sciant fungos esse plerumque, necis hospitium, tamen sui ipsius obliti, magno sanè apparatu eos in cibis avidissime devorent. Verum postquam tantam cum palato fungi iniere gratiam, ut ab his abstinere homines non possint, saltem discant velim, ut se ipsos a morte vindicent, fungos nunquam esse sumendos, nisi prius cum sylvestribus pyris decocti fuerint. Quod si sylvestria pyra desiderantur, ex domesticis ea supplere poterunt, quæ ceteris austeriora habentur: in quem usum adhiberi possunt tam recentia, quam sole siccata. Præstant idem arborum tam folia, quam cortex, præsertimque sylvestris: siquidem fungorum antidotum pyra sunt. Dioscorides libro quarto præter medicamenta hic ad fungos assignata, prætulit origani, & satyreia decoctum, gallinaceorum finium, ex aceto aut melle potum: quod tamen (ut Philagrius explicat) album esse oportet. Sed primum medicamentis sæpius enarratis eliciendus est vomitus, & subinde acrimia infundenda clysmata, ut extra corpus trahatur virus. Ceterum ignorandum non est, eos incommoda asferre longe maiora, qui propria natura venenati nascuntur, quandoquidem non modo suffocant, strangulantque, comedentes, sed etiam intestina exulcerant, ventriculum inflant, singultum & punctiones excitant, corpori universo pallorem inducunt, & urinam remorantur. Præter hæc alia verenda, & lethifera oriuntur symptomata, nempe pigris, tremor, interceptio arteriarum, animi deliquium, perfrigidus sudor, & mors ad postremum immatura. Hæc primum auxiliantur vomitiones omni celeritate excitata: quibus etiam convenit epotus domesticæ raphani succus, aut devorata ruta folia, aut origanum, aut mel. Prodest deinde mirum in modum Theriaca, & Mithridaticum antidotum ex acerrimo aceto pota, aut ex oxymelite, aut ex aqua vite vocata. Quamobrem quinta essentia nostra Theriacalis in his fungorum malis mirificam fert opem. Prætulit ad hæc Avicenna calida quacunque, aromata: cuiusmodi sunt diaspipereos, diacyminum, diagalanga, diamoschum. Conciliator potandum exhibet magno juvamento vinum optimum, in quo servuerit piper, offertque subinde allium crudum devorandum. Id quod facit universa ferè rusticorum turba, qui (ut Galenus inquit) allio theriaca vice plerumque utuntur.

Fungorum
venenica
natura.

Fungorum
præparatio.

Fungorum
veneni
remedia.

Gypsum.

GYPSUM.

CAP. XXIV.

Lapidescens gypsum strangulationem creat. Quare eadem proferenda sunt, quæ mansis fungis, auxiliata: & ad hæc malvæ decoctum, quod etiam olei vicem pensat: utpote cum pingue sit, evomendo lubricas vias, & faciles reddit, deradique corpora non finit: quod ubi duratur in lapidem, gypsum efficit. Quinetiam prodest oleum ex aqua mulsâ, aut ficorum decocto: & lixivium de ficulneo cinere, aut fermentis facta, cum vino copiosiore pota: & origanum, aut thymum cum lixivio, aut aceto, aut passo: hi que decocto malvæ proluendi.

Gypsum omnibus notum, si bibatur, aut comedatur, strangulat (ut Dioscorides inquit) quod respirationis meatus va-

Gypsum
venenicum
ejusque
remedia.

P p p

Mnt me-

unt medicamenta, quæ cerussa, & fungis opitulari diximus. Postea lubrica danda sunt, cujusmodi est malyæ, althææ, fœni græci, & lini seminis decoctum. Conciliator egelidam aquam cum butyro primum potandam jubet, & deinde vomitum excitandum, à vomitu calidam item cum melle præbet, ut iterum vomant: postremò Mitbridatis antidotum vino meraco mistum, drachmarum duarum pondere. Quod si alvus ad hoc adstricta fuerit, citetur oleo, & anatis adipe clystere infusus, & illinatur venter ricino oleo. Quin & murium stercus (ut ipse ait) ex vino potum, proprium est gypsi antidotum. Avicenna autem ultimò purgari jubet scammonio, & aliis pharmacis, quæ alvum deijciendo ad rem faciunt.

Αἷμα ταύρου.

SANGUIS TAURINUS.

CAP XXV.

a Meum
origina. i.
semen.

TAuri recens jugulati sanguis epotus, spirandi difficultatem, strangulatumque concitat: faucium, 10
tonfillarumque meatus cum nervorum distentione præcludit: lingua rubescit: dentes inficiuntur, &
quædam concreti sanguinis vestigia, intereorum commissuras restant. Quare vomitum vitabimus:
sanguinis enim globi attractu illo in sublimem relati, magis gulæ inculcantur. Dari ergo opus est quæ
concretum sanguinem discutiant, alvum subducunt. Grossi lacteo succo turgent ex posca, & nitrum
per sese, auxiliantur, nec secus coagulum omne cum aceto, & laserpitii radice, aut lasere: itidem &
brassicæ semen, & è cinere ficulneo lixivium: conyzæ a folia cum pipere, & rubi succus ex aceto: alvus
resoluenda. Iis qui servantur, stercorosa, & fluida per sedem egeri consueverunt. Stomachum, alvumque
hordeacea farina ex aqua mulsâ perungere oportet.

Sanguis
tauri
venenata
natura.

Nemo tauri sanguinem elam potandum exhibere potest: nam unusquisque, sana mentis sanguinem cognoscet, quare, 20
mea quidem sententia, fieri non potest, ut venefici eo quinquam decipiant: quippe nisi largius bibatur, & adhuc
calens ab ipsis defluens vena, antea quam concreverit, noxam non infert, aut levem. Quo fit, ut eos tantum taurino san-
guine interire crediderim, qui aut atra bile tentati, aut cæcodamonibus irritati, vel ut aliquod sævum mortis genus ab le-
gibus pro suorum facinorum pena luenda institutum effugiant, vel ut immedicabiles & gravissimos morborum cruciatus
finiant vitam pertasi (quod Plinius libro. 20. cap. 18. fecisse ait epoto opio Licinii Cecinna patrem civem Romanum) mor-
tem sibi voluntariam consciscunt. Proinde scitè Nicander in alexipharmacis ita scriptum reliquit. Si ex insipientia qui-
spiam atrum tauri sanguinem hauserit, mœrore aded ingemit, ut nimio cruciatur tandem conficiatur, quando cordi ap-
propinquans sanguis ille condensatur, ac in medio alvi receptaculo in grumos coagulatur: hinc & meatus spirituum ob-
turantur, & halitus suffocatur impleto gutture. At qui tractibus, & singultibus iste afflictus, crebro humi spuma coinqui-
natus palpitât: hæc ille. Caterum si fortè fortuna evenerit, ut quis tauri sanguinem potaverit, & ad eum domestici, qui- 30
bus factum constet, Medicos advocent, tunc Medici iis uti poterunt remediis, quorum hic abundè meminerit Dioscorides.
Sed quoniam taurinus sanguis menstruum sanguinem mihi in mentem redegit, atque etiam hic nobis occurrit fel pardii,
vipera, & canis piscis: item cerebrum felis, quem Græci elurum vocant, cervi extrema cauda, quorundam quadrupedum
sudor, & malum denique, improbatumque, castoreum, quæ omnia inter lethalia medicamenta annumerantur, cum hæc à
Dioscoride in hoc venenorum censu prætermissa deprehendantur, & nobis propositum sit, singulorum vires maleficas, ea-
rumque auxilia describere, hic locus opportunus visus est, in quo de iis differemus, & nostrum institutum, quantum possu-
mus exequeremur. Sanguis itaque, M E N S T R U U S mulierum, præsertimque, biliosarum, & facile rixantium potus, aded
bibente effascinat & inficit, ut lunaticos & amentes efficiat. Idem detestabilis facinoris quondam, perpetrant malefica
veneficæque, mulieres cæcodamonibus ductæ, ipsum exhibendo propriis maritis vel iis, quos odio prosequuntur. Huius ta-
men noxa succurritur contritis margaritis drachma pondere ex mellissophylli aqua potus: auxiliatur & tepida balneum. 40
Confert ad hæc (ut Conciliator inquit, si tamen id absque divina legis injuria fieri possit) ut affecti bilari frequentique mulie-
rum consortio latentur, cum eisque, coeant, præcipue cum juvenibus, quæ raro nuptias celebrent. Prodest & Theriaca drach-
ma pondere ex sumaria aqua quotidie pota. Prosunt & vipere pastilli scrupuli pondere, additum tum margaritis, tum The-
riaca eodem pondere. Epoto autem P A R D I selle excitatur vomitus, seu aloes amarore os & nares inficiens: post vomitum
universum corpus flavescit, ictericorum modo: postremò ea omnia consequuntur incommoda, quæ ab assumpto napello, &
à viperarum moribus eveniunt, cum tam sævum lethiferumque sit, ut tribus tantum horis potantes perimat: quod si hoc
temporis spatium non interficit, prorsus desperandum non fuerit. Expugnatur primum vomitionibus illico excitatis, subin-
de iis utiq; antidotis, quæ napello, vel vipera morfu infectis opitulantur. Avicenna huic veneno peculiarem conficit The-
riacam ex Lemnia terra, & lauri baccarum, singulorum drachma una: capreoli coaguli drachmis quatuor, myrrha &
rutæ seminis, cujusque semidrachma, quæ omnia melle excipit. Hanc juglandis quantitate exhibet, excitatis deinde vo- 50
mitionibus, ductisque, demum laborantibus in calida aqua balneum, cui inferbuerint odorata medicamenta. Sed v i p e-
ræ felis venefica vis & auxilia.

Viperæ
felis ve-
nefica vis
& auxilia.

Viperæ felis aded perniciosum existit, ut statim animi deliquium adferat: quare rarissime antidotis succurri potest, 60
quod nullum derur ea præparandi spatium. Veruntamen si quid est quod tam brevi temporis momento quicquam opis
ferat, id erit quàm celerrimè excitatus vomitus, epoto prius cocto butyro, igne colliquo: quo vomitiones iterum, atque
iterum movere oportet. Post vomitus nihil salubrius, quàm theriaca, & mitbridatis antidotum, moschus, ambarum,
& eorum composita medicamenta, quæ diamoschum, & diambaram appellantur. Ubi autem animi deliquia perseve-
rant, & corporis universi angustia, vivum quidem offerendum est, aut caporum, & gallinarum carnum succus ex aqua
ferventis balneo in vase vitreo destillatus. Huic equidem noxa crediderim magnificè adversari oleum nostrum de scor-
pionibus, cujus componendi rationem tradidimus in huius libri præfationis commentatione: itidem & quintam essen-
tiam nostram, quod ictu oculi suis perquam tenuissimis partibus in totum deferatur corpus. Porro fel, quod à C A N E 60
piscis eximitur, lei hiserum est: quippe quod potum, vel esitatum lentis tantum quantitate, septenis diebus interficiat.
Curantur tamen qui hauserint, epoto bubulo butyro cum gentianæ radice, cinnamomo & leporis coagulo Prodest & cor-
pus universum odoratis oleis illinire, & victu tenuissimo uti. Caterum qui F E L I S C E R E B R V M in cibum ederint, cre-
bris afficiuntur vertiginibus, fiuntque, subinde stolidi & amentes. Quibus etsi subveniri possit, id tamen non nisi temporis
tractu & admodum difficulter fieri potest. His danda est Lemnia sphaeragis, & vomitiones inde sunt excitanda, fierique id
oportet, ter, aut quater in mense. Præstat item auxilium, si quotidie mane sumant ægri diamoschi infectionem, tribus
vel quatuor horis ante cibum, quinimò moschus per se se sufficienter auxiliatur: namque, ut quidam tradiderunt, mo-
schus tantum huiusce cerebri proprium est antidotum, si dimidiis scrupuli pondere ex vino bibatur. Sed illud non est igno-
randum,

Canis vi-
scis felis
venenū
& cura
Felis ce-
rebri ma-
leficiū &
remedia.

randum, quod non modo Feles devorato eorum cerebro homines inficere possunt, sed pilis quoque, respirazione, & oculorum intuitu. Nam etsi pilis omnes imprudenter in cibis sumptis, praefocare possint, anbelitus meatus obstruentes, tamen felium privatim exitiales censentur. Eorum praeterea spiritus tabifico quodam veneno infectus deprehenditur. Etenim novi ego quosdam, qui cum felibus adeo delectantur, ut nunquam sine ipsis dormitum peterent, atque adeo inde diutius aeris vehiculo eorum spiritu, in tabem, & marasimum incidere, quibus postremo confecti diem suum obierunt. Nec diu est, quod in quodam monachorum canobio universa perit familia, magno felium numero & contubernio. Ladunt item suo (ut diximus) oculorum intuitu, adeo ut quidam reperiantur, qui his visis, aut auditis, pavore quodam illico capiantur, terreaturque, maxime, quod non modo ex eorum veneno provenire existimaverim, sed etiam propria eorum natura, qui eos vel intuentur, vel audiunt: quandoquidem & sua natura talem a caelo qualitatem influxam habent, qua nunquam ad propriam movetur actionem, nisi obijciatur id, quod natura sibi contrarium fuerit. Horum plures in Germania duntaxat vidimus, & quosdam ex ea natione Goritiae commorantes. Quod autem verum sit, id aliunde evenire non posse, quam a congenita qualitate, quae paucis admodum inest, aperte sane ostenderunt eorum aliqui. Quippe cum hujus gentis quidam hyemis tempore in hypocaustum nobiscum canaturus intrasset, quod plurimum amicorum sodalitas convenerat, mulier quadam hujus viri natura conscia, ne is, viso felis catulo, quem educaverant, iratus discederet, illum in arcula quadam eodem in coenaculo concluderat. Sed quamvis nec vidisset ille nec audisset catulum, cum paucis post tempore aerem felis habitu infectum inspirasset, irritat a statim ea temperamenti qualitate felium inimica, emissio sudore pallida admodum facie, omnibus sane admirantibus, tremebundus conclamare coepit, hic aliquo in angulo latet felis. His autem eadem operam ferre putaverim, quae cerebrum comedentibus remedio esse diximus. Invenitur etiamnum in *CAVDA CERVI* extremis partibus porraceus quidam humor fellea bili admodum similis, qui si forte devoretur, praesentaneum est venenum. Adfert enim illico intollerabiles angustias, animi deliquia, & omnia tandem symptomata, quae epotum napellum consequuntur. Succurritur his, ut ceteris primum vomitionibus, epoto butyro excitatis. Postea dandus smaragdi pulvis ex vino dimidii scrupuli pondere. Quin & pistacia profunt, & pontica nuces in cibis largius sumptae. Ad haec universum corpus inungi praestat oleo à citrea semine expresso. Item theriaca proficit ex vino potae duarum drachmarum pondere. Magna quoque infert incommoda quadrupes dum quorundam *SVDORE*, praesertim equi, asini & muli, quamvis etiam ceterorum sit malus. Is igitur porus viridem tumidamque reddit faciem: sudorem fetidum in universum excitat corpus, praesertim sub alis. Perturbat praeterea tum ventriculum, tum alvum universamque genitis excitat, quaeque flatibus in intestinis. Quod si bibatur ex vino, delirium facit. His tepidam largius praeendam scribunt, ut concitato inde vomitu pulverulentus sudor rejiciatur. Post vomitum confert vinum cum rosaceo potum: item rhabarbarum semidrachma pondere sumptum, addito fosittii salu inomento: tamen si propria hujusce sudoris antidotus ea sit Theriaca (ut Avicenna est author) quae ex Lemnia sphaulgide & lauri bacis conficitur, cujus componenda rationem paulo superius retulimus, de Pardi felle differentes. Venenosum aquae ac leibiferum ajunt esse etiam *CASTOREUM*, quod jam purredine nigredinem contraxit, vel illud potius, quod è Ponto fuerit allatum. Hoc enim (ut Strabo inquit) venenosum est propria sui natura. Animadvertant igitur tum sepalsarii, tum Medici, cum plurimi usus sit medicamentum, ne malum exhibentes castoreum, aliquem interimant, quandoquidem non modo furore aguntur, qui hoc medicamentum hauserint, sed etiam intumescant linguam exerunt, atque tam sava febre corripiuntur, ut uno tantum fere die intereant. Adversus hoc venenum mirum in modum juvant vomitiones, quas toties butyro, & hydromelite epotis citare convenit, quod nullum ea, quae rejiciuntur, castorei odorem referant. Post vomitiones conducit diamoroni potum, aut limonum, aut citrei mali succus saccharo admixtus. Verum potest etiam hujusce castorei antidotum est coriandri semen tostum, drachmarum duarum pondere sumptum.

Feliam
conver-
fatio no-
xia.

Feles qui
damfer-
r: non
possunt,

Caudæ
cervi ve-
nenum &
ejus cu-
ratio.

Sudoris
animaliū
virus &
remedia.

Castorei
virilenta
vis & cu
ratio.

40 Γάλα ἰμποιτιχθῆν. LAC INTUS COAGULATUM. CAP. XXVI.

EOs, qui coagulatum lac hauserunt, frequens illico strangulatio invadit, quod in globulos quosdam lac coalescat. Quibus juvandis pro antidoto, coagulum ex aceto damus, & bibere sæpius cogimus. Damus & calaminthæ folia arida, item succum: aut laserpitii radicem, aut laser cum posca: thymumq; ex vino, & cum luto suo lixiviam. Sed nulla falsilago objiciatur: quoniam magis lac coiret, & in caseum densaretur. Neq; illos vomere convenit: siquidem concretum lac sese in gulæ angustias, insinuans, strangulat.

Credidere quidam Dioscoridis interpretes, authorem hoc in loco de eo coagulato lacte differere, quo frequenter in ci-
bus utimur. Equorum numero fuisse Ruellius, & Manardus Ferrariensis e a epistola, in qua universam Marcelli in-
terpretationem corrigit. Sed ij alioqui viri eruditissimi, in hoc haud dubie falluntur, meo iudicio. Siquidem lac e a ratione
coagulatum nutrit, non autem strangulat, ut omnes in universum homines testari possunt. sed praesertim ij qui in montibus
degunt, cum Majo & Junio mensibus huiusmodi lactis plurimum devorent. Ideo nil aliud nobis asserendum esse puta-
verim, quam quod de eorantum lacte intellexerit Dioscorides, quod cum admissio coagulo bibitur, anteaquam coalescat
ita ut intus, non extra coagulatum sit. Quo factum est, ut in hoc a Ruellii interpretatione in aliam desciverimus & hic,
& in huius libri praefatione prope calcem. Magis enim Dioscoridis sententiam exprimi censuimus si lac intus coagulatum,
vel (ut Marcellus) lac cui coagulum admissum sit, vertantur verba illa *lactea in potu a Diu*. Nam quod iam coagulatum
estur, non magno labore coquitur, ac digeritur, transiitq; in nutrimentum. Illud vero quod ubi coagulatum ei admissum
sit, subinde hauritur, priusquam coalescat, cum aliquantisper in ventriculo resederit, vi admissi coaguli illico iubi con-
60 crescit sitq; concoctrici facultati aded contumax, ut superato caloristobore strangulet, non secus ac taurinus sanguis, Pro-
inde asserit Dioscorides, tauri sanguinem minime suffocare, nisi recens calidusq; jugulati tauri venis desluxus bibatur,
anteaquam concreseat: quandoquidem is non enecat aliqua propria veneni facultate, sed concretionem tantum, quam in
ventriculo consequitur. Id quod evidentissimum est in epoto lacte, cui admissum sit coagulum: aut in eo quoq;, quod sine
coagulo bibitur, & per se aliis de causis in ventriculo coalescit. Evenit enim quandoq; hoc, cum lac bibitum crassius fue-
rit, & ventriculi, & jecoris temperatura calida, & sicca nimis. Nam ingens horum viscerum cum caliditas, tum siccitas,
consumpta brevi lactis humiditate, reliquum, quod crassum est, facile cogit, & coarctat. Quinetiam illud idem in-
genti sit frigiditate: nimirum expresso ab ea, quod tenuium partium, reliquum crassioris substantia facile congelascit,
haud

Lactis
coagula-
ti confid.
Quorun-
dam in-
terpre-
tum er-
ror.

pppp z

band

Lactis in
ventricu-
lo coa-
gulati
curatio.
Diosc.
lectio ca-
stigata.

Lixivia
pilopaeo-
rum.

haud secus quam de glacie, & nive fieri libro quarto meteororum tradidit Aristoteles. Quamobrem est Galeni consilium libro tertio de alimentorum facultatibus, ut nemo lac potaturus ipsum bibat, nisi mellis, aut salis tantillum prius admisceat, ne in ventriculo concrecat. Sed non propterea mirari licet, quod Dioscorides scripserit, lac concretum in ventriculo habentibus nihil salis salive esse offerendum. Quippe quemadmodum coagulo primo lac coagulat, contrariumque deinde efficit, si jam concreto lacti superaspergatur: ita sal prius lacti commissum, id concretum prohibet, mox contrarium effectum praeberet, si jam concreto aspergatur: recens enim casus sale respersus, illico duritiem contrahit. Sed jam ad curationem accedamus. Eadem autem erit lactis in ventriculo coagulati curandi ratio, qua sanguinis tauri, quando in tantum sit utendum medicamentis, qua suapte natura concreta liquant & discutiunt. Quamvis auxilium praestant ipsa coagula, acetum, praesertimque scillinum, lixivium, & ea omnia, quae incidunt & disgregant. Porro illud non praetereundum esse arbitror, quod ubi in hoc capite legitur, & τὴν πύλον τοῦ γαστρίου νοσήναι, id est, & siglinam lixiviam, non ut vertit Ruellius, & cum luto suo lixiviam, Gesnerus in primo suo de animalibus tomo, de tauri agens legendum rectius putat, & τὴν πύλον τοῦ γαστρίου νοσήναι, hoc est, & pilopaeorum lixivium: reprehenditque in hoc Cornarium, quod putaverit sigilos ad lutum lavandum sibi lixiviam conficere. Sed mihi, ut ingenue dicam, magis placet Gesneri, quam Cornarii opinio, siquidem cum siglinum lutum nunquam lixiviam lavari aut parari audiverim, viderim aut legerim, veritati consonum non videtur, ut de siglina lixiviam intellexerit Dioscorides: sed de ea potius, qua ad lanam expurgandam, et insecturam magis idonea reddatur, utuntur pilopaei, hi sunt, qui pileos conficiunt. Eorum namque lixiviam, quod est combusta vimis saepe plerumque fiat, ea quae ad caput capillosque abluendos communiter paratur, acrior, fortiorque efficitur: ut proinde ad lac dissolvendum in ventriculo coagulatum, est longe valentior. Error praeterea facilius esse potuit librariis, ex unius duntaxat literae variatione, & pro scribentium, & deinde per scriptum, lutum significat, unde πύλον τοῦ γαστρίου & πύλον τοῦ γαστρίου aliqui sigillum interpretantur, πύλον τοῦ γαστρίου autem per i, arcifex est, qui pileos ex lana conficit. Hac itaque ratione putandum fuerit πύλον τοῦ γαστρίου, non autem πύλον τοῦ γαστρίου in Dioscoride hoc loco esse legendum. Caterum Euchysius in suis doctissimis annotationibus in Nicolaum Myrepsicum, ea sectione, in qua de unguentis tractat, capite 28. nil aliud hanc lixiviam esse putat, quam aquam qua lutum laverit, vel per lutum transferit, non autem cum cinere & calce factam. Sed cum siglinum lutum potius adstringat, contrahatque, quam laxet, ac digerat, nesciverim profecto, qua ratione hanc lixiviam et ali luto confectam, eis potandam daret, quibus lac in ventriculo concrevisset.

Αἰσάργος.

ARGENTI SPUMA.

CAP. XXVII.

Spuma argenti pota, stomacho, ventri, & interaneis gravitatem cum magnis torminibus adfert, & nonnunquam pondere suo intestina vulnerat, urinamque supprimit: corpus intumet, plumbeamque deformitatem concipit. Quibus subvenit secundum vomitionem, potum sylvestris homini senienti myrrhae drachmae octo, absinthium, hyssopum, apii semen, aut piper, aut ligustri flos ex vino: aridum palumbis fimum, cum nardo & vino.

Spumae
argenti
mala.

Pota argenti spuma, cuius historiam libro quinto tradidimus, lethifera (ut Dioscorides inquit) adfert incommoda. Sed praeter haec Aetius, & Avicenna aut horibus, alia etiam eveniunt mala, nempe compaginum, & articularum incendium, seu ardor: alvi suppressio, quamvis quandoque ex accidenti alvi ipsa deiciatur: sermo item praepeditur, & se dis intestinum prominet: postremo invalescente malo agri suffocati moriuntur. Nicandro vero in alexipharmacis auctor, iis qui argenti spumam sumpserint, alvi molestia accedit: quin & statim sese revolventes per medium ventrem, & iuxta umbilicum murmurant, instar torminum curatu difficiliorum, quae hominem affligant duris cum cruciatibus impetentibus. Nec jam urina ejicienda patet exitus: membra totius passim corporis ardent, planeque jam plumbeum, seu lividum colorem induerunt: hac ille. Caterum illud animadvertendum est, quod ubi in hoc capite legitur, dandam esse myrrham octo drachmarum pondere, non deest suspicio, quin ea lectio sit depravata, quod hac myrrha nimia videatur esse quantitas. Auget suspensiones Nicander, qui duos tantum myrrhae obolos exhibet, Aetius tres, Avicenna vero tres drachmas non excedit. Curatio in universum sit citatis primis vomitibus, & insusis deinde clysmatibus (ut Conciliator tradit) ex hydromelite, gallinarum & anatum adipe. Post haec prodest amygdalinum oleum potum & dulcibus nucibus expressum. Conferunt item carica in cibis sumptae: praeterea ventriculum apii succo, & alvum butyro illinire utile est. Proprium vero huiusce veneni antidotum (ut idem ait) est lathyris semen duarum drachmarum pondere potum. Veruntamen cum hoc facultatis admodum dejectoris sit medicamentum, drachmam ego non excederem. Eadem quoque inferi mala per se non solum tenuissime contrita, & inde pariter curatur medicamentis. Si quidem argenti spuma nil aliud est quam

Spumae
argenti
curatio.
Plumbi
scobis
noxa, &
curatio.
Ferri
scobis,
squamae,
& recre-
menti
noxa &
cura.

plumbum argenti aut aris recremento commissum. Nec deleteria vi vacans (ut auctor est Avicenna) ferri aut scobis, cum squama, tum recremento tametsi omnia haec prius diutius aceto macerata nulla prorsus molestia in medicum veniant usum, denturque potanda dysentericis, mulieribus uteri defluxione tentatis, & in eclegmate ad lienis infarctum, itemque ad enterocelas. Sed de his vel non infrenatis, vel plusquam par sit sumptis, fortasse intelligit Avicenna. Itaque excutatur ab his intestinorum cruciatus, oris & lingua scabrities, affluatio universi corporis, capitis dolor, marasmus, & membrorum omnium arefactio. Succurritur noxa potu lactis recenter mulsi, ac subinde datis alvum valenter solventibus medicamentis secundum quae butyrum tam diu potandum dare oportet, donec intestinorum dolores amoveantur. Hac dum fiunt, perfundatur eorum caput oleo rosaceo, violaceo, & e nymphae floribus parato. Tollitur deinde adveniens marasmus intemperies, & corporis universi arefactio, demersis in balneo laborantibus, in quo testudines, rana, malva folia inferbuerint: quinetiam clysteribus ex pedum hedorum jure aut alibi a radicem decollo: item butyro largius in cibis sumpto, & epotis pinguium carum juribus. Sed (ut idem Avicenna scribit) proprium huiusce ferrei pharmaci antidotum, est lapis magnus drachma pondere potus, ex mercurialis, vel betae succo. Veruntamen hoc haudquaquam fieri posse videtur absque manifesto sumentium discrimine, quandoquidem etsi magnes suapte natura ferrum trahat: non tamen affirmaverim, quod hanc ob causam ejus quoque destruat facultates, & impediatur noxam, sed potius quod eam angeat crediderim. Quippe cum is ferrum ad se traxerit, id sane diutius in ventriculo retinebit, ex quo noxa fovebitur. Adde praeterea, quod cum & ipse Magnes deleteria sit facultas, adeo ut eos, qui hauserint, lunaticos & melancholicos efficiat, eum haudquaquam ore sumentum esse duxerim. His itaque qui Magnetem sumpserint, commendant quidam auri tenuissimam scobem ex vino potam, & smaragdorum ramenta eodem pondere. Laudant etiam clysteres ex lacte, & dulcium amygdalarum

Magne-
tis vene-
fica vis
&
auxilia.

larum oleo infusus. Sed ceteris praeferunt smaragdum ter novem diebus potum, tribus semper intermissis diebus. Ter hisera & non parum formidanda est etiam AERIS SQUAMAE vis. Ea siquidem pota, intolerabiles alvi defluxiones movet, aut noxias vomitiones concitat, obortis inde molestissimis alvi & ventriculi punitionibus. His auxiliantur citatae primae vomitiones: deinde acri in balneum mittendi sunt, in quo hircorum conserbuerint capita, aut ingens coctilearum numerus. Prodest & mentha succus potui datus: insuper alvum, & ventriculum calido rosaceo perungere, expedit. Verum ad hoc praeter ceteris pollet acori radices trium drachmarum pondere pota, aut earum succi tantundem. Sed nobis acori succum dare perdifficile fuerit, cum legitimum in nostris non proveniat regionibus, nec nisi siccum afferatur. Lituaniam tamen & Tartari eo abundant, ut superius libro primo prodidimus.

Squamæ
acris le-
thifera
vis, & re-
media.

10

V. Argēgypto.

ARGENTUM VIVUM.

CAP. XXVIII.

Argentum vivum potum eadem quæ spuma argenti infert, eisdemque urendum auxiliis. Lac copiose potum auxiliari constat: sed postea evomant, qui hauserunt.

Veram omnino & exquisitam argenti vivi cognitionem non habuisse Dioscoridem & Galenum, illud maximo indicio esse videtur, quod hic paucis, ille vero perplexè ejus historiam, & facultates tractaverit. Hoc, ut in præfationis hujusce voluminis commentario tradidimus, interimit, si largius bibatur, excessu summè frigido & humido. Putrefacit enim hoc suo exuperante temperamento innatum cordis humorem, ac subinde congelat sanguinem, vitales spiritus, & ipsam denique cordis substantiam, quandoquidem id Medicis experientia compertum est, ut Conciliator testatum reliquit. Nam cum seplasiarius quidam ardentissima febre correptus, siti intolerabili vexaretur, & delirio oberrans in pharmacopolium descendisset, ut aliquid ad potandum inveniret, fortè fortuna in argenti vivi vas incidit, multumque ex eo potavit, aqua fortasse vice: postea statim in suum cubiculum se recepit, ubi paucis post horis congelatus interiit. At cum ejus domesticus sub cadavere magnam argenti vivi quantitatem invenissent, jam per sedem egredi, advocarunt Medicos, ut ejus rei, quam miraculum existimabant, diligenter causam investigarent. Ii statim ex pharmacopolio argenti vivi vas adferri jusserunt, quod ubi fere vacuum reperissent, rem uti se habuerat deprehenderunt: auxitque fidem, quod eviscerato homine, adhuc argenti vivi libram in ejus ventriculo invenerunt: quin & sanguinem circa cor concretum. Quo argumento palam sit, magno admodum recessu frigidum esse argentum vivum. Verum enimvero in ejus curatione illud inquirendum est, an purum sit quod potum fuerit, an saliva aliore liquore extinctum, aut acerrima aqua, qua chymista muntur, aut per se tantum præcipitatum, aut una cum arsenico, vel chalcantio sublimatum: cum enim aliud alio perniciosius habeatur, proprium quodlibet exigit remedium. Pernicius est sublimatum, secundum hoc præcipitatum: proximè sequitur, quod saliva, aut aliquo liquore fuerit extinctum: minus verò ceteris nocet, quod purum, vivumque, fuerit: ut pote cum fluidum admodum sit, & ponderosum, non difficulter clysteribus extrahitur. Id quod ceteris generibus non evenit, quæ cum ventriculo inhaereat, illum facile erodunt & exulcerant. Argento vivo puro, aut extincto, aut præcipitato epotis, eadem consequuntur symptomata, quæ argenti spuma pota infert, sed cum magno anhelitus fœtore, quem & irrespirant, qui Gallica lue affecti eo illinuntur. Quod maximum prebet indicium, quod sua exuperante humiditate, omnes humores, qui ventriculo aliisque circumstantibus partibus haerent, computrescere faciat. Ceterum epoto sublimato, illico lingua & fauces non aliter exasperantur, quam si quis immaturorum sorborum succum hausisset. Quod sanè incommodum nullo lenientium gargarizatu, nisi difficilè, & longo tempore tolli potest. Id enim quàm primum in ventriculum descenderit, ei pertinaciter inhaeret: quare statim erodit & exulcerat: tum inextinguibilem sitim excitat & inexplicabilem angustiam inducit. Hu succedit lingua tumor, animi deliquium, urina suppressio, anhelitus difficultas, & ventriculi, & intestinorum tormina, tam vehemènti erosione, ut nisi confestim succurratur, pereant affecti, erosio, perforatisque ventriculo & intestinis. Purum curatur (ut Dioscorides, Aetius & Paulus memoria prodidere) auxiliis, quibus argenti spuma: nam si copiosius ebibatur, non interficit, quod ob suum pondus, tum fluxilem substantiam facile per inferna secedat, nulla in ventriculo, & intestinis protracta mora. Ex quo nil mirum, quod scripserit Avicenna, non deesse qui bibant argentum vivum, & nullam inde sentiant noxam, quod facile labatur è corpore, dummodo qui hauserint, continuè huc atque illuc deambulent. Goritienses mulieres agrè parturientibus, ultimo remedio, argentum vivum potandum præbent, scrupuli pondere. Nec desunt, qui ad interimendas alvi tinea, pueri etiam propinent, ad duorum granorum milii quantitatem, citra ullam molestiam. In aliorum autem curatione alia requiruntur remedia, nempe clysteres, vomitiones, pinguis in potu sumpta: & ut in universum dicam, his operam ferunt omnia medicamenta, quæ venenis erodentibus conveniunt, quorum latius superius meminimus in cantharidum curatione, ad quam brevitate studio lectorem rejicimus: namque, iis efficaciora non plura habemus nobis comperta sunt. Nec aliis urendum est remediis, ubi quis cinnabarin sumpisset.

Argenti
vivi per-
niciosa
natura,

Historia
sumpti
argenti
vivi.

Sublima-
ti epoti
signa.

Argenti
vivi
sumpti
curatione,

Argenti
vivi
partum
promove-
ret.

Cinna-
baris re-
media,

Τίτρυς, οὐδ' ἀποφύον, & ποτύνον.
MENTUM.

CALX, SANDARACHA, AURIPIG-
CAP. XXIX.

Calx, sandaracha, & auripigmentum pota, alvum, & intestina cum vehemènti erosione excruciant. Præbenda cuncta, quæ suo admistu illorum acrimoniam hebetant, ac solvunt, & facilem lubricamque alvum reddunt, cujusmodi ibisci, & malvæ succus est: natura enim utique perlubrica. Dandum decoctum feminis lini, vel semen tragi herbæ, vel oryzæ, lacque cum aqua mulsa copiosum, jura pinguis, & boni succi.

60

Non modò Calx, Sandaracha & Auripigmentum, quorum historiam superiore libro tradidimus, hausta vehementissimè ventriculi & intestinorum cruciatu, & erosiones excitant, ut Dioscorides inquit, sed etiam sitim inextinguibilem, faucium & gulæ asperitatem, tussim, spirandi difficultatem, urina suppressionem, & dysenteriam. Ceterum hac omnia adjuvantur (ut scitè docet Dioscorides) pinguibus acrimoniam obtundentibus, & potionibus lenientibus, alvum lubricam reddentibus, tum etiam cremoribus, atque seminum quorundam spissamentis, ut in cantharidum curatione latius, diffususque prodidimus: quandoquidem medicamentorum omnium erodentium curatione à cantharidum curatione non differt: neque, iis sane valentiora nobis sese offerunt remedia. Quare ex eo loco medicamenta petenda erunt iis, quibus usu su-

Calcis,
sanda-
rachæ, &
auri pig-
menti
venefica
vis, & cu-
ratio,

P P P P 3

TUTA

Arsenici sublimati, & alio cura sunt. Eosdem quoque effectus malos & noxios praebeant **Arsenicum sublimatum**, **Aerugo**, & quod officina **Risagallum** appellant: quin & **Saponis lixivium**: quod vulgo vocant **Itali la maestra**, & **Aqua** ea omnium acerrima, qua aurum quo-rifices, ac chymiste aurum ab argento separant. Sed aqua huius & lixivii difficilis est cura, quod illico in totum diffundantur corpus. Universalis tamen curandi ratio eadem erit, quae calcis & auripigmenti: tametsi altero sit vehementius, & erodentius. Qui autem privatim **Arsenicum sublimatum** hauserunt, eos frequenter vomere oportet, potu semper prius butyro, aut per se tantum, aut addito rapi seminis decocto. Prosumt his & clysteres ex pingui jure, aut ptisana alicave cremore, aut spissamentis ex psyllii, malva & cydoniorum semine factis. Auxiliatur amygdalinum oleum, & jus pinguium gallinarum in cibis sumptum. In praestantissimum vero antidotum censetur sossile crystallum, in tenuissimum pulverem contritum drachma pondere ex dulci amygdalino oleo potum. Sed antidotum omnium praestantissimum contra mortiferam **Arsenici vim**, est pulvis Serenissimi Principis mei **Ferdinandi Archiduci Austria**, quo **Praga servatus est** quidam su-
spendio damnatus, cui pulveris huius experiundi gratia, **Arsenicum datum est** in potione drachmarum duarum pondere. Siquidem cum post quartam ab epoto veneno horam, lividus totus adeo viribus destitutus decumberet, ut jamjam moribundus strangularetur, oblatus est illi pulvis ex albo meraco. Quo factum est, ut etsi in conspectu nulla sepe recuperanda vita spes haberetur, vixit tamen natura hoc antidoto validior ac vivacior reddita, & veneni immanitatem superavit, adeo ut in sequenti die liber evaserit, & letus coram omnibus apparuerit. Eodem quoque pulvere alii a me servati sunt, quinetiam ab aliis, qui antidotum a me receperunt. **Franciscus Calzolarius** myropola **Veronensis** amicus intimus meus, hoc anno eadem antidoto a me accepto duos homines **Verona in carcere detentos**, qui venenum in pisce quodam dono missum voraverant, post octavam diem a veneno accepto liberavit, praeter Medicorum sententiam, qui symptomatum immanitatem cernentes, illos omnino morituros censebant. Nec quidem ab re, cum alii duo, qui illis commensales in carceribus erant, eodem die mortui sint, quod neminem habuerint, qui sui curationem suscepisset. Hujusce historiae etiam assertores habeo **Magnificos viros**, **patritios Venetos**, **Nicolaum Quirinum**, & **Hieronymum Marcellum**, quorum hic **Capitaneum** (ut dicunt) ille **Prætorum Veronae** gerebant, ut ex publicis eorundem scriptis, quae apud me sunt, quisquis certior fieri potest. His accessit clarissimi Medici **Antonii Capriani Mantuani** testimonium, qui **Tridentini Concilii** aliquot annis **Physicum** egit magna cum laude. Nam cum is, tum temporis, quo haec evenerunt, **Verona se reperiret**, accersitus a Reverendissimo **Cardinali Navagerio**, admirandas hujusce pulveris adversus venena vires, ad excellentissimum **Philippum filium suum**, Reverendissimi **Archiepiscopi Pragensis Medicum**, & historiam omnem descripsit, & ut me rogaret addidit, ut eundem pulverem illi transmitterem. Sed & id mirum admodum videri debet, quod hic pulvis non solum haustus, sed etiam illius, demorsus ictosque a venenosis animalibus servat & sanat, eo è rosarum aqua epithematis modo sub sinistro ubere, & super affecto loco illito. **Jacobus Antonius Cortusius Patritius Patavinus**, hoc pulvere a me accepto, quendam civem & vicinum suum a **Scorpione magno ictum**, jam animi deliquio detentum, brevi admodum tempore revocavit ad vitam. Quinetiam eadem
servata ratione proprium suum servavit aurigam a serpente venenoso demorsum. Porro **AERUGO**, praeter alia ejus mala ante dicta, adeo spirandi meatus occludit, ut magno impetu suffocet affectos. Succurritur noxa crebris cum butyro, & calida excitatis vomitibus, ut in **Arsenico**, & infusus subinde clysteribus ex asinino lacte, & dulci amygdalino oleo. Prodest & **Lemnia sphaeris** drachma pondere ex vino albo pota. Praestat item in olei balneum laborantes ad ventriculum usque demittere. Sed proprium hujusce pharmaci antidotum (ut ait **Conciliator**) est, ut qui hauserint, bibant ex vino corallia rubra in tenuem pulverem contrita, senorum scrupulorum pondere. Ceterum **RISAGALLUM** vulgo dicto, quod quidam **Realgal** appellant cum maxime extremeque, siccet, & nervos contrahat, non alia convenit curatio, quam quae **Argento viro**, & **arsenico sublimatis**, & **erugini** adhibetur: quanquam privatim non obscure juvat universum corpus dulci amygdalino illinire, & violaceo julapio, & ptisana hordeacea sitim extinguere. Proficet & pinorum nucleorum oleum, aut è magnis nucibus, quae ex India advehuntur, expressum, semilibra pondere potum. In summa ea omnia efficaciter adhibentur, quae a **cantharidibus** conferre diximus.

Aeruginis remedia.

Risagalli curatio.

Λαγώς θαλάσσιος.

LEPUS MARINUS.

CAP. XXX.

Qui leporem, marinum biberunt, piscium virus olent: procedente tempore alvus dolore afficitur, & urina sistitur: & si quando eam reddere contingat, purpureum colorem refert: omne piscis genus averfatur: & odio habent: foetido, ac gravi sudore manant: biliosus vomitus, interdum sanguini promiscuus, subsequitur. His dandum lac asininum, vel passum continuè, aut radicis malvae foliorumque decoctum, aut trita cyclamini radix cum vino, aut veratri nigri, aut scammonii succi drachma, cum aqua mulsa, puniceque mali acinis. Cedria contrita cum vino efficax est: anserinus sanguis, ut tepebit potus. Sed cum pisces omnes respuant, aspernenturque, solis fluviatibus cancris vesci possunt, bibuntque eos admisto vino, adjuti que ab his percoquant, cumque appetere & comesse pisces coeperint, suae salutis indicium habent.

Leporis marini veneni signa.

Diximus de Lepore marino libro secundo, de quo ita scribit **Nicander in alexipharmacis**. Sin marini leporis male perdentis potionem deprehenderit, perniciem afferentem, odorem ejus senties, qualis est squamarum & piscium purgamentum. Porro gustus, & sapor ejus piscosus est, qualis putrefactorum piscium esse solet: vel cum nondum ablutorum squama polluant corpus. Sequitur hujusce potionem viridis fellis suffusio, cum obrenervatione visus: & caro paulatim in homine contabescit. Accedit his ciborum omnium abominatio, malus habitus, & talorum ardor: oculi in concavum occultantur, & genae ac maxillae florido colore rubent. Urina agerrimè redditur: quae tametsi redditur, purpurea apparet, & plus aquo sanguinea. Adhuc si pisces agris offerantur, eos illico nauseabundi execrantur: haec ille. Cui subscribunt **Aëtius** & **Avicenna**, qui praeter relata indicia, alia adhuc lepori marino epoto assignant, his verbis: **Marinus lepus** adeo ictus inducit, ut totius corporis habitus croceo admodum colore inficiatur. Postea facies livens intumescit, pedum planta incendantur, adest spirandi difficultas, pectoris & pulmonis angustia, rufescuntque oculi. Dehinc rufus emergit sicca, spiritum cruentum, renum dolor, viriliumque inflammatio, adeo ut perpauci evadant, qui non labantur in tabem. Quare **Galenus** libro de theriaca ad Pisonem, proprium marini leporis esse ait, ut pulmonem exulceret & erodat. Succurritur noxa (ut **Dioscorides** inquit) asinino lacte ex passo potu, & malva decocto. Neque id aliam ob causam, ut **Aëtius** declarat, quam ad elici-

ad eliciendum vomitum, & veneni acuitatem retundendam. quemadmodum elleborum, cyclaminum & scammonium exhibet. partim ad citandas vomitiones. partim ad alvum deiciendam. Cetera verò, ut incommodis subveniatur, quæ internus infert particulis. Praefertur quibusdam adversus hoc malum humanus sanguis calens è venis potus: humanum item lac ab ipsis uberibus exultum, & vulpis caro inassata: quæ & theriaca diatesseron tribus diebus pota.

ΦρὺνⓈ ἐπὶ βάρβαρχⓈ ἔλεσⓈ.

RUBETA ET PALUSTRIS RANA.

Rubeta, aut rana palustris assumpta tumores ciet: pallor corpus vehementer decolorat, ut planè bu-
xeum spectetur: spirandi difficultas torquet: & gravis halitus oris, singultusq; invita interdum ge-
10 nituræ profusio consequitur. Adjuvantur secundum vomitionem multo meri potus, & arundinis radices
binis drachmis, aut cyperi totidem. Breviter, cogendi sunt, ut vehementi ambulationi & cursui se cre-
dant, ob torporem, quo corripiuntur: quin etiam quotidie lavandi sunt.



Rubeta & Rana, quam quidam busonem vocant, diversa reperiuntur genera. Terrestris tamen, quæ Græcis phrynos dicitur, Latinis verdè rubeta, quod in fructetis & sepibus inter rubos degat, nocentior magisq; lethifera est, quam quæ in paludibus & aquis scrobibus vivit (id quod non rectè, meo iudicio, intellexit Aloysius Mundella Brixianus, octava sui voluminis epistola) tantoq; magis noxia, lethiferaq; fuerit terrestris, quanto in opacioribus frigidioribq; locis vitam duxerit. Quamobrem in hoc genere eæ omnium pessimæ creduntur, quæ in umbrosis convallium sylvis & in arundinetis morantur. Adultæ crassæ & tæniæq; conteguntur cuti, adeo ut acutissimo palo quandoq; difficile à rusticis, qui ita eas interficere solent, perfodiantur. Hæ cum circumnascentes herbas, sive aliquod depascentes animal, veneno insicere volunt, contrahunt sese in tumorem, ut venenum per urinam longius ejaculentur in plantas, & circumstantes quadrupedes. Quare admirari non licet, si nonnunquam repenti intereant homines, qui fraga, fungos aliasq; plantas harum veneno infectas inscii devoraverint. Quippe quod non modò veneni misti hac omnia insciant: sed etiam saliva eæ sapius conspuunt: quæ sanè non minus mortifera est, quàm napellus: quinetiam earum sanguis vipereo scatet veneno. Proinde mirum non est, si in pulverem potè mortifera inferunt incommoda, quemadmodum & morsu. Nam etsi dentibus careant, tamen compressa scabris gingivis particula, & subinde ingressa per cutis spiracula saliva, demorsos venenat, ut in præfationis hujusce libri commentario tradidimus. Sicca & in pulverem potè, ut Avicenna refert, præter mala quæ à Dioscoride redduntur, faucium & gutturis tum inflammationem, tum siccitatem excitant: item oculorum caliginem, vertigines, convulsiones, dysenteriam: fastidium, vomitus, animi deliquium, delirium, amentiam & plerumq; edentulos faciunt homines, quavis evadant, qui hauerint. Nec minora etiam pericula adserunt fructus, & herba earum veneno infectæ, & epotus earundem sanguis. Curantur is malis affecti Theriaca, vel Mithridatis antidoto tribus continuis diebus ex vino potis. Idem præstat testudinis marinae sanguis, additis cumino, leporis coagulo & vino. Datur potanda præsentaneo remedio quinta essentia nostra Theriacalis. Quin & oleum nostrum de scorpiombus exterius commodè inungitur. Præfert Conciliator smaragdi pulverem ex vino potum scrupuli pondere cum eo tamen ut subinde intret ager nuda in mulum recenter exenteratum, imbiq; conclusus moretur, donec deservescat cadaver, totiesq; sic exenteratum mulum aut equum, si mulus non adsit, permutet, donec effuso diutius sudore cedat noxa. Actius mulis & equis parces, in clibano, quantum tolerari possit, calidissimo affectos, vel alio in loco arte calefacto detinendos ad sudandum jubet, quemadmodum curantur aqua inter cutem laborantes. Quorum medicamenta curatioq; ut Avicenna est auctor, hoc in negotio non parum conveniunt. Proinde prodest iis maximè rhubarbarum, diacurcuma & dialacca, confectio: tamen si Conciliator lapidem his omnibus præferat, qui in earum capite reperiri solet.

Rubetæ
palustris-
que ranz
venenâ.

Ranæ
maleficæ
signa &
curatio.

60 *Bolivia.* HIRUDO. CAP. XXXII.

Devoratae cum aqua hirudines, si ori ventriculi adherent, tractatione partium, nonnullam suctionis imaginem praebent: eo enim argumento hausta hirudo deprehenditur. Has muria forbitione excutit, & Cyrenaicus succus, aut laserpitii folia aut betae, cum aceto, aut pota nivis glebula, cum posca: nitrum ex aqua gargari zatur, aut atramentum sutorium aceto dilutum. Si faucibus haereant, in aquam calidam ingressis, aqua frigida ore contineatur, & ad eam hirudines exilient.

PPPP 4

Hirsh-